✠

DISSERTATIO THEOLOGICO-CRITICA,

De argumenti, ex Breviario Romano in rebus Hiſtoricis, petiti valore.

QUAM

Rmo. DOMINO PATRI
GUILIELMO CLARKE,
Societatis Jeſu, Catholicæ Majeſtatis à Confeſsionibus, & Conciliis,

D. O. S.

D. DIDACUS DEL CORRO,
Eccleſiæ Metropolitanæ Hiſpalenſis Portionarius.

HISPALI,
Ex Typographia D. Florentii Joſephi de Blas, & Queſada, ejuſdem Civitatis Typographi Majoris.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA SALAMANCA

R.^{me} DOMINE.

QUibus ſingulis, ad offerendos Præclariſsimis Viris ſtudio-

CENSURA

D. D. JOSEPHI XUARES DE STRADA

in Sacrario Almæ Eccleſiæ Metropolitanæ Hiſpalenſis Animarum Paſtoris, & Regalis Societatis Socii Theologi.

EX Authoritate, & Decreto D. D. L. Hieronymi Antonii de Barreda & Yebra, Eccleſiæ Compoſtellanæ Canonici, Hiſpalenſis Inquiſitionis, & Typographorum ejuſdem Civitatis Judicis integerrimi Cenſor conſtitutus, accuratè perlegi *Diſſertationem Critico-Theologicam de Argumenti ex Breviario Romano in rebus Hiſtoricis petiti, valore,* luculenter elaboratam ab ingenioſo Viro D. D. Didaco del Corro, Eccleſiæ Metropolitanæ Hiſpalenſis Portionario. Illud autem munus tantò mihi gratius acceptum, quantò dignius amicitiâ officium eſt. Aſt *Diſſertationem* cùm in limine vidi ex amicitiâ, & reverentiâ propter rei magnitudinem timui: cùm illam ingredior, & ipſius perluſtro compaginem, & ordinem, viſâ pari ſucceſus magnitudine ſtupeo. Quanta rerum, & controverſiarum in uno Opere multitudo! Quanta in eâ multitudine methodus! Quanta in ipsâ methodo perſpicuitas! Quanta in ipsâ perſpicuitate ſubtilitas, & profunditas! De Authore dictum exiſtimavi, quod appoſitè Trajani Encomiaſtes dixerat: *Magna fama præceſſerat: major inventus eſt: ſumma Facultas, Copia, Ubertas. Multa Lectio, multa Scriptio elucet; proœmiatur apté; narrat apertè; pugnat acritèr; colligit fortiter; poſtremò docet, delectat, & afficit.* Ac demum adeò ſolidè, & citra juſtam ullius offenſionem aſſerta propugnat, ut meritò ejus Opus Davidicæ Turri debeat comparari, *quæ ædificata eſt cum propugnaculis*; ſed additis aliis à recenti

LICENCIA DEL Sr. JUEZ DE IMPRENTAS.

EL Lic. Don Geronymo Antonio de Barreda y Yebra, Canonigo de la Santa Igleſia del Señor Santiago de Galicia, del Conſejo de S. M. ſu Inquiſidor en el Tribunal del Santo Oficio de la Inquiſicion de eſta Ciudad de Sevilla, Superintendente de las Imprentas, y Librerias de ella, y ſu Reynado, doi licencia para que por una vez ſe pueda imprimir, é imprima un Libro intitulado: *Diſſertatio Theologico-Critica, de Argumenti ex Breviario Romano, in rebus Hiſtoricis, petiti valore*; atento á no contener coſa alguna contra nueſtra Santa Fè, y buenas coſtumbres, ſobre que de comiſſion mia ha dado ſu Cenſura Don Joſeph Xuares de Eſtrada, Cura en el Sagrario de la Santa Igleſia Metropolitana, y Patriarchal de eſta dicha Ciudad, con tal, que al principio de cada uno, que ſe imprima, ſe ponga dicha Cenſura, y eſta Licencia. Dada en Sevilla eſtando en el Real Caſtillo de la Inquiſicion de Triana á veinte y uno de Marzo de mil ſetecientos y treinta y nueve años.

Lic. Don Geronymo Antonio de Barreda y Yebra.

Por ſu mandado.

Mathias Tortolero, Eſcribano.

COR-

CAPUT PRIMUM.

LECTIONUM DE SANCTIS Origo, & uſus in Eccleſia ad noſtra tempora.

1. FACTUM, DEQUO inter nos præcipuè diſſertatio verſatur, antè oculos ponere primò convenit, ut res non omnibus probè nota, ante diſſertationem pateat, maximè ad totius diſputationis intelligentiam non modò utilis, ſed etiam neceſſaria. Sæculo quinto Lectiones ex Sanctorum Actis depromptæ decreto Concilii Carthaginenſis Tertii legi in Eccleſiis cæperunt. *Liceat enim*, ait, *etiam legi paſſiones Martyrum, cùm Anniverſarii dies eorum celebrantur.* Nequè

enim